FRANCKESCHE STIFTUNGEN

# 4. Bibliographie der Schriften

# Breuis & luculenta INSTITUTIO Rudioribus, Qui omnem Christianismi culturam in sacrosancto DEI verbo fundare enixe cupiunt, Rationem tradens Sacram ...

## Francke, August Hermann

## S.l., 1709

4.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

meo, eamque augeat: qui voluntatem meam efficaciter flectat, quo testimonia tua in deliciis habeam, atque ex toto animo in te credam, ac debitam obedientiam præstare annitar.

4.

Similiter fas est, Sacræ Scripturæ lectionem cum continuis precibus ac suspiriis coniungi, ac inter legendum Deum laudari a nobis ac celebrari. Simplicissima enim hæc est ratio, certissimos exinde maximosque nunquam non percipiendi fructus.

Quam rem exemplo nunc declaratum ibo: Gen. I, 1. scriptum est: *In principio creauit Deus cœlum & terram.*

Hæc verba legenti forte in mentem veniunt piæ quædam cogitationes, vt eiusmodi suspiriis animus se ad Deum convertat.

O æterne Deus! gratias Tibi ago, qui me per verbum tuum docuisti, cui cœlum ac terra suam debeant originem.

Vel: Ah dulcissime Pater, qui es in cœlis! quum oculos in cœlum attollo,

eosdemque in terram defigo, reuoca in mentem mihi hoc verbum tuum diuinum, vt cœli Te terræque conditorem colere atque inuocare ne obliuiſcar.

Vel: Bone Deus, quia cœlum ac terram creaſti, omnino melior es ac præſtantior, quam cœlum & terra. Quare, ſi te posſideo, cœlum & terram nihil moror.

Vel: O Deus! omnino tu Pater es, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, qui cœlum & terram creaſti.

Ah doce me, ſingulis momentis rite perpendere, quantum & meum corpus mortale, particula illa terræ, conditorem ac fabricatorem habeat.

Vel: Mi Pater in cœlis! qui poſſem in poſterum de corporis mei conſeruatione angi, quum te inuocem Patrem, qui cœli terræque creator es.

Hac ratione ad quemlibet Sacræ Scripturæ verſiculum ſubſiſtere potes, atque vt Doctoris cuiusdam Eccleſiæ verbis vtar, ſingulos excutere ſurculos, num

forte

forte fiat, vt aliquot bacculæ decidant.

Quodſi hæc res difficultatem quandam initio habere videatur, nec meditatio ſtatim in animo ſuboriatur, quæ iaculatoriæ precatiunculæ materiam præbeat: vltra progredere, atque alium quaſi ramuſculum tenta. Acriter modo eſuriat anima: non vacua relinquetur a Spiritu Dei. Quid? quod apparebit tandem, tot vni eique breui verſiculo fructus ineſſe ſapidisſimos, vt ad eum, tanquam arbuſculam fructibus onuſtam deinceps conſidere ac morari homo non ſit grauaturus.

Qui vero inter initia abſterretur, imparem ſe eſſe huic labori, nec Scripturam Sacram hoc modo legere poſſe ratus, ipſe eſt in culpa, ſi per totum vitæ curſum nullam voluptatem atque delectationem ex ſacris litteris capiet.

5.

Precationi meditatio vberior ſubueniat, neceſſe eſt; vt quouis loco conſi-